## ¶ Vocabulorum ſupra ſcriptorum breuis explanatiõ

Bacus a curta. eſt mẽſa Dicit̃ etiam abax. vñ abiculꝰ paruꝰ abcus. vel inciſoriũ menſale ⁊c̃.

Abdomen o lõga: mãma ſuis. ponit̃ ꝓ pinguedĩe. Juuenalis. Montani quoqꝫ venter adeſt abdomine tardus

Abyſſus immẽſa ꝓfunditas. aff gront

Abbas ſyriaca lingua patrem ſignificat

Aborigenes vagus olim pópulus in italia

Acer huiꝰ aceris: arbor vnde fiũt precioſę mẽſę. vñ adiectiuũ acernus. Virgiliꝰ Trabibꝰ cõtextus acernis.

Acer huiꝰ acris. fortis. aĩoſus. aſper

Acharis a curta. ingratꝰ. ⁊ eſt cõis gñis

Achantis auicula q̃ et carduelis vocatur

Acheron fluuiꝰ infernalis ⁊ ponit̃ ꝓ inferno.

Acies ſcharpheyt. ponit̃ pro prelio

Acynacis a curta. gladiꝰ parthicus Horatiꝰ Vino ⁊ lucernis medus acynacis Immane quantũ diſcrepat

Acarnan aliq̃s de acarnania regione

Accola qui accolit. i. ꝓpe habitat. vt Accola reni

Accipenſer ſpẽs piſcis precioſi.

Accliuis altus vel aſcẽdens.

Acus aci. piſcis quidã

Acus aceris. palea frumenti.

Acus huiꝰ acus. res acuta. vñ Acicula. i. qđ ſpinter dicit̃

Adamas lapis p̃cioſus. een dyamant.

Adeps pinguedo mollis. ſmeer Adipatꝰ pinguis

Ador ſpẽs frumẽti qđ vulgo d̃r ſpelta Jñ adoreus. Virgiliꝰ Inſtituuntqꝫ dapes ⁊ adorea liba ꝑ herbas.

Aduena peregrinꝰ qui aliunde aduenit.

Affinis. ſwagher. ponit̃ pro cõfinis. i. ꝓpinquus.

Apher aliquis de aphrica

Agalma ſtatua vel imago

Agape dilectio. nam agapao grece diligo ƒcat

Agon pugna. Agonia timor ſolicitudo

Alacer letꝰ ⁊ geſtiens. i. mouẽs ſe pre leticia

Alea d̃r oĩs ludus fortuitus

Aleo ⁊ aleator qui exercet aleam (Sillius Alite vectꝰ equo

Ales auis. Ouidiꝰ Criſtatꝰ cedit̃ ales. i. gallꝰ Etiã eſt velox q̃ſi alatus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alpes alti mõtes cingẽtes italiã Jñ alpinus ꝛc̄.
Alleluia hebraica oratio .interp̄tatꝛ laudate dñm vel laus dño
Altilis altꝰ vel ſaginatꝰ.qꝛ fit ab alẽdo. Accipitꝛ qñqꝫ ſubſtãtiue Juuenalis. Ad vos iam veniet minor altilis
Alluuio eſt actꝰ alluendi.nam aqua alluit.i.lauãdo tollit terrã
Amygdalum ſpẽs nucis een mandel
Amygdalinꝰ i curta ꝓfertꝛ
Amites ſtipites q̇bꝰ aucupes retia ſuſtinẽt Ames huiꝰ amitis.
Amens captꝰ mente vel ſine intellectu.
Amomũ herba odora in oriẽte naſcẽs
Ammon idolũ forma arietis qḋ in libya colebatꝛ.
Ambages a lõga.circuitꝰ Uirgiliꝰ Nõ hic te carmĩe ficto. Atqꝫ per ambages ꝛ lõga exorſa tenebo.
Amnis fluuius
Anas auis fluuialis que vulgo aneta vocatꝛ ſꝫ male Jñ anatinꝰ.a um vt pullus anatinus
Anachoreta ſolitariꝰ ꝛ cõtemplatiuꝰ
Annales libri de annis ꝛ geſtis ꝑ ſingulos annos.
Antes ſunt ſaxa ante edificia poſita vel extremi ordines vineaꝝ. Uirgiliꝰ Jam canit extremos effetꝰ vinitor antes.
Antiſtes epiſcopꝰ vel ſupremꝰ princeps
Antidoton remediũ a cõtrario datum.
Ancile rotundũ ſcutũ.et ꝓducit i. Uirgiliꝰ. Leuaqꝫ ancile gerebat
Anſer auis aquatica ꝛ terreſtris q̄ vulgo auca dicitꝛ.
Anceps dubius ꝛ incertus.
Anguis ſpẽs ſerpentis. Ouidiꝰ Anguibꝰ exuitꝛ veteri cũ pelle vetuſtas
Anthropos o lõga.grece dꝛ homo
Anxur oppidũ italie in campania.
Angiportꝰ anguſtia via int̄ domos.qḋ vicus dꝛ vulgo
Aper ferus porcꝰ.nam porcꝰ domeſticꝰ eſt Jñ aprinꝰ.
Apex ſummitas
Apium herba q̄dã hortenſis.marck.
Apis prima longa. idolum egyptiorum forma bouis.genitiuus eſt apidis.
Aqualis vas aquarium.i.vbi aqua ĩponitꝛ.
Aquilo ventus a ſeptẽtrione flans.
Arar vel araris fluuiꝰ in gallia
Arbutꝰ ſpẽs arboris q̄ in hyeme folia retinẽt in vertice
Arctos grece vrſa latine.ꝛ ẽ ſidꝰ ſeptẽtrionale. vñ arctous ꝉ arcticus

id eſt ſeptētrionalis.
Arctophylax qdā ſtella ꝑpe arcton vel vrſa minor.
Arete media correpta. eſt grece virtꝰ.
Argos vrbs grecie alio noīe argi. vn̄ argiui greci
Argutie calliditates
Argutus callidus ⁊ ſonorus
Argo nauis iaſonis qua nauigauit in colchon
Areopagita q̄ habitat in areopago qui locꝰ fuit athenis vbi morabantur ſapiētes ⁊ ſummi iudices.
Arma nō ſolum q̄bꝰ protegimur ſꝫ etiā quibꝰ vtimur vt inſtrumētis
Vn̄ armariū. i. vbi inſtrumēta reponūtur
Aries mas ouium: ⁊ inſtrumentum bellicum quo muri quatiebantur antiquitus.
Arrhabon a curta. pignꝰ grece ſcat qđ et arra dicit
Artus eſt iunctura membrorꝝ.
Arx locꝰ munitus ad arcēdos hoſtes. vulgo caſtrū
Aſſecla famulꝰ qui ſequit dn̄m ſuū
Aſſis aſſer. dr̄ et aſſa vnde fit aſſula
Aſtur aliq̄s de aſturia que eſt hiſpanie regio
Aſtus calliditas vel aſtutia.
Atomꝰ res indiuidua ſcꝫ minima
Atropos vna parcarum vel fatalis dea.
Atrox animoſus
Auceps auium captor
Actor factor.
Augur ex auium garritu cōiectans.
Auernꝰ lacus cāpanie olim fetidus. vn̄ pro inferno ponit
Auriga rector currus.
Auſter ventus meridiei
Aulea e lōga. pāni depicti ad parietes
Axis lignum in curru circū quod rote voluūtur Eſt etiam ps celi. ⁊ ꝑ celo et ꝑ curru accipit
Azan quidā mons in grecia.
Babel turris babylonis vrbis aſſyrie
Bacchanal feſtum bacchi.
Bacchus inuētor vini ⁊ pro vino ponit.
Baccar herba q̄dā. ⁊ eſt gn̄is feni.
Bactra regio vel vrbs quedam.
Balanꝰ a curta. q̄dā nux vel glans vnde premit vngentū



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Horatiꝰ Preſſa tuis balanus capillis
Barbiton i curta. muſicū inſtrumētum.
Belge populi gallie proximi germanis.
Berillꝰ. lapis indicꝰ virēti mari colore ſilīs
Bes vel beſſis pondꝰ octo vnciaꝝ.
Bethel oppidū iudee. ⁊ exponit̄ domus dei.
Bibliopola penultima lōga. libroꝝ venditor.
Martialis. Et faciet preciū bibliopola triphon.
Bicuſpis hn̄s duas cuſpides. i. acumina Philelfus. Num fortaſſe ſibi te totū mitra bicuſpis Arripuit?
Bidens inſtrumentū ruſticum duobꝰ dentibus. itē ouis
Bidental locus fulmine ictus Perſius. Triſte iaces lucis euitandum qꝫ bidental.
Bilis humor quidā in corpe et ꝑ ira ponitur.
Biformis duplex vel duaꝝ formarum
Bicolor o curta duoꝝ colorum
Bipēnis ſecuris bis acuta Accipit̄ etiā adiectiue ꝑ bis acutꝰ Virgi. ferro ſonat icta bipēni fraxinus
Biremis nauis actuaria habēs duos ordines remorum. een royſchip. Et producit e.
Bilinguis duas linguas hn̄s. Salomō Os bilingue deteſtor
Bige duo equi iūcti currui. vel talis currus.
Biiuges duo iuncti Virgiliꝰ Martis equi biiuges
Byſſus ꝓcioſiſſima ⁊ molliſſima lana coloris aurei Jn̄ biſſinꝰ i curta.
Bolus morſus vel fruſtū rei eſibilis
Bombyx vmis faciēs ꝓcioſam lanā. vn̄ fit pānus bombycinꝰ Juuenalis. Delicias ⁊ pāniculꝰ bombycinꝰ vrit
Bootes q̄dā ſtella. ⁊ interp̄tat̄ bubulcus
Boreas ventꝰ quidam. nortwint.
Bouile ſtabulū boum ſicut ouile ſtabulū ouium ⁊c̄.
Bulla inflatio aque. vn̄ ⁊ bullire. Etiā bulla ē ornamētum tumidum ad ſilitudinē aquee bulle Jn̄ bullatꝰ vt bullatū cingulū
Bucina tuba Jn̄ bucinare. ſonare bucina
Buxus arbor q̄dā. buſboem.
Ades nomē loci deſerti in iudea
Calcar acutū ferramētum quo incitant̄ equi
Calx pes. calcitrare pedibꝰ trudere Etiam eſt quo muri fiūt. ⁊ ſemper eſt fei gn̄is Caper tn̄ pro materia ait cals.
Calende ꝑmi dies. cuiuſqꝫ menſis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Caligo i lõga. obſcuritas ⁊ ignorantia
Calliš via indurata pedibus
Calliope vna de muſis poetis Uirgi. Uos o calliope ⁊c̃.
Calix vas potoriũ Jñ caliculꝰ diminutiuũ.
Campeſter ad campũ ptinẽs vt cãpeſtris arma. i. globi vel pile vel da
ne quibꝰ vtimur in campo ludentes
Campꝰ ampla terre planicies cen velt
Canalis ẽ lõgum lignũ cauatũ in quo potãt pecora vel per qd̃ aqua cur
rit Scribit vno n et pducit a
Cani capilli albi vel griſei
Canus a um albus aut griſeus
Cancelli, tralien.
Canna arundo vnde cãnitius de cannis factꝰ vt cãnitium tectum. can
nitius paries inquit palladius.
Canon grece regula Canonicꝰ regularis interp̄tat
Capiſtrũ vinculum iumentoꝝ vel frenũ ruſticum
Carbunculꝰ paruꝰ carbo ⁊ p̄cioſus lapis fulgidꝰ.
Carcheſia genꝰ poculi Uirgi. Cape meonij carcheſia bacchi Significat
cat etiã foramia in ſummitate mali. Catullꝰ. Lucida qua ſummi ſplen
dent carcheſia mali.
Carex longũ ⁊ acutũ gramẽ Jñ carectũ. vbi multa eſt carex
Caries corruptio ⁊ puluis ligni vetuſti
Carrus currus duabꝰ rotis Carruca idem ſcat
Caſtra loca vbi milites morant ⁊ ipſi milites inſtructi.
Catalogus regiſtꝝ vel deſcriptio noim
Caudex truncus
Caſtulo vrbs hiſpanie.
Cautes durus lapis vel ſaxum.
Caulis ramus herbaꝝ vel fruticum ⁊ frugum
Carbaſus veſtis linea ⁊ velum nauis.
Cedar regio deſerta in qua ſaraceni quondã vagabant
Cedes occiſio a verbo cedo cecidi
Celebs caſtus ⁊ vxore carens
Celites dij celeſtes
Celox nauis a celeritate dicta.
Celer velox Celerare velociter agere.
Celeber qui celebratur. vt celeber vir dies locus
Celta populus gallie
Cenum lutum Cenoſus ceno plenus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ceraſtes ſerpēs cornutus. nā ceras grece cornu eſt
Ceres filia ſaturni inuētrix frugū ſerēdaꝝ ꝛ ꝑ frumēto vl̄ pane accipiť
Cerimonie ſacrificia.
Ceraunia montes epiri a fulmibꝰ dicti
Ceſpes terra cum herbis exciſa.
Ceta quiſqꝫ magnꝰ piſcis
Cetariꝰ qui cete capit aut vēdit Cetaria vbi cete capiūtur
Chalybs fluuiꝰ populꝰ ꝛ ferri ſpecies
Chaos oīm reꝝ inter ſe confuſio.
Character ſignū figura ſtilꝰ. grecū eſt et ꝓducit e in obliq̄s
Charis huiꝰ charitis. gratia. vn̄ acharis ꝛc̄.
Chariſtia chariſtioꝝ. cōuiuiū cognatorum teſte valerio. Ouidiꝰ. ij. fa.
Proxima cognati dixere chariſtia chari Et fit a greco noīe charis
Cherubin angeli octaui chori. interp̄tať plenitudo ſcīe
Chirographus manus ſcriptura
Chere grece ſcat ſalue.
Chlamys veſtis olim militaris
Cybele e curta vel cybelle vxor ſaturni mater deoꝝ vocata
Cicer ſpēs legumīs anguloſi ꝛ ſuperiꝰ acuti
Cicur manſuetꝰ. Cicero. Beſtias alias īmanes. quaſdam autem cicu-
res eſſe natura voluit.
Cyclas veſtis a circulis aureis dicta. nā cyclos grece circulus eſt
Cyclades quoqꝫ ſunt inſule quaſi in circulo poſite. Sillius. Cunctaqꝫ
cancti ꝯfundiť equore cyclas
Cinnamū herba odora q̄ et cinnamomū.
Cyprus quedam inſula vbi colebatur venus que ab ea vocatur cypris
huiꝰ cypridis vel dos.
Clades damnum per occiſionem ſuorum
Clauſtrum clauſura vel id quo claudiť aliquid
Clatri cancelli Horatiꝰ. Obiectos cauee valuit ſi frāgere clatros. Vn̄
clatrate feneſtre. in quibꝰ clatri ſunt
Cliens ſubditꝰ vel miniſter. Cliens qui hꝫ patronum
Cliuꝰ collis aut paruꝰ mons
Codicilli libellus vel epiſtola. a codex.
Cohors ꝑs exercitꝰ. nūc maior nūc minor. Et quelibet multitudo etiā
auium dr̄ cohors. Ouidius de vulpe que gallinas comederat. Abſtule
rat multas illa cohortis aues.
Coluber ſpēs ſerpentis vmbras amantis.
Colon grece membꝝ. Vn̄ dicolon bimēbre ꝛc̄.

Collega ſocius in honore vel dignitate
Colchis mulier ex colcho regione
Colluuio vel colluuies aqua ſordida qua lote ſunt ſcutelle
Cometes ſtella crinita
Combibo ſocius in bibendo
Comedo ſocius incomedendo
Compes catena pedum vnde compedire ligare pedes
Compages a longa: compoſitio. a verbo compingo
Compita loca publica Horatius. Manat p compita rumor
Cōmentarius liber in quo breuiter aliq̄d ſcribit cauſa memoris
Communio ſocietas participatio
Conclaue a longa: locus concluſus. cubiculum
Contio congregatio populi.
Congrus piſcis quidam. lampreyde
Confinis propinquus
Coniugus coniugatus vel cōiunctus
Contagium ſcabies vel alius morbus cōtactu nocens
Contubernalis ſocius vel ſocia in rebus iucundis
Contumax ſuperbus ⁊ rebellis.
Cōuena aduena qui cum aliis venit
Corbis ſporta.
Cornus arbor vnde fiunt venabula
Cornum fructus eius qui lapidoſus eſt autore virgilio.
Crater vas potorium In obliquis e pducitur
Cratis inſtrumētum cancellarum. roeſter. hecke ⁊c.
Crepido i longa. ſaxum vel petra
Crepundia ludicera puerorum.
Crocum. ſaffraen.
Cruſta res indurata
Cruſtum idem ſed hoc dr de re eſibili vt cruſtum panis.
Cruſta de aliis dr vt cruſta vulneris. cruſta marmoris.
Cubile lectus vbi cubamus.
Cubiculum vero locus clauſus.
Cubitus eſt vlna
Cucumis herba proferens pepōnes ⁊ melones. que vero lagenas fert
cucurbita vocatur i curta.
Culmen altitudo ſed pprie tectum domus.
Cune et Cunabula ſunt infantum lectuli.
Cuſpis acies teli vel cuiuſq; rei. Ponitur pro haſta.

almata a curta aliq̄s de dalmatia
Dama ſpēs capre ſiluestris
Daniſta fenerator. grecum nomē ſed latini vtūtur
Dapes lauti ꝛ magnifici cibi. Dapſilis largus
Decas numer⁹ decem rex. vt decem libri ſunt decas
Decor ornatus Decus honor Dedecus ſchande.
Dedecor inhoneſtus vel turpis
Decime pars decima rei
Decliuus deſcendens depreſſus non altus.
Delphin marinum animal.
Delicium delectatio
Deſes piger Deſidia pigritia
Deuns pondus vndecim vnciarum
Dextans pondus decem vnciarum
Diadema corona vel purpura capiti circūdata
Dialogus colloquium vel diſputatio.
Dipondius duarum librarum pondus.
Diplois veſtis duplicata Diploma o longa. epla
Dis diues ꝛ pluto. Diſtichon carmen duorum verſuū.
Diſcus ſaxum quod certantes per ludum iactant
Ditio poteſtas ſed ntūs non eſt in vſu
Dogma decretum vel ſtatutum non doctrinam fcat
Doma grece domus.
Dodrans pondus vnciarum nouem
Dos quod datur ſponſe a parentibus. vel omne donum
Doſis grece datio
Drachma pondus ſex obolorum. veer del loets.
Drama interpretatur actus. ꝛ eſt carmen aut poema in quo inducun-tur perſona agentes aut loquentes
Dragma manipulus vel rapina. Sepe igitur indocti ſcribūt dragma pro drama in ſacris
Dumus fruticum ꝛ ſpinarum denſitas. een heghe.
Duūuir vnus de duobus viris principibus.
e byonita ſequens errores ebionis eretici
Ebur dens vel aliud os elephantis
Echo reſonantia vocum in locis concauis.
Edilis quidam magiſtratus rome. vel edium preſes
Effrenis indomitus. Effrons inuerecundus
Ephesus e curta. ciuitas aſie.

Elinguis carens lingua.
Elyſium locus amenus animarum ſcd̄m poetas
Eluuies immūdicia vel purgamentum
Emporium. koepſtadt. Nam emporeo grece eſt negocior.
Encenia innouationes.
Endromis o curta. veſtis craſſa et villoſa
Epar grece iecur latine. Epulum cōuiuium
Epitheton aptum adiectiuū
Epirus i longa. quedam regio. Epos genus carminis
Eremus e longa. locus deſertus. Epilogus concluſio orationis
Epicedion carmen funebre id eſt de mortuo.
Eques qui vel que equitat. Equile equorum ſtabulum
Equor mare ⁊ planicies.
Erro qui errando vagatur. Item planete vocantur errones
Erugo eris rubigo. corruptio pecunie
Ethica pluraliter. In ſingulari ethica. ars moralis
Euan nomen bacchi
Eucharis a curta. gratus vel gratioſus ⁊ facetus
Exemplar ſcd̄m quod fit aliud. vel quod ex alio factum eſt.
Exanimus mortuus Exorciſta adiurator demonis
Exta inteſtina quedam. vt cor epar ⁊ pulmo
Expes deſperans vel ſine ſpe
Exanguis ſine ſanguine vel mortuus. Exos ſine oſſibus Lucretius
Exos ⁊ exanguis
Exors non conſors. Expers carens parte vel non particeps
Excubie vigilie cuſtodie. Exodus exitus
Exuuie veſtes aut arma quibus exuitur aliquis
acinus factum vel opus bonum aut malum
Factio conſpiratio in malis rebus
Facies forma cuiuſcūqꝫ rei. Fames eſuries.
Far ſpecies frumenti. ſpelt. Ponitur pro quolibet frumento.
Faſcis onus. Virgiliꝰ. Ego hoc te faſce leuabo Faſces pl'r accipitur ꝑ
conſulatu vel dignitate.
Faux ſumma pars gule vel gutturis
Fedus fedi turpis. Fedus federis. pactum compoſitio.
Femur pars cruris ſupra genu. dye bolte
Fenile vbi fenum reponitur. Fenus lucrum iniuſtum pecunie
Feniſeca qui ſecat fenū. Parſiꝰ. Feniſece craſſo vitiarūt vnguīe pultes
Ferie feſti dies Palladiꝰ. Neceſſitas ferijs caret.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ferox aīosus audax  Ferocia aīoſitas
Fiber aīal aquaticū ⁊ terreſtre. beuer
Ficus arbor ⁊ fruct⁹ eius. ⁊ vlcus ex attritu natum
Fidicen fidib⁹ canere doctus  Fides ſnaren.
Fiſcus erarium publicū vel principis
Fiſcalis qui preeſt fiſco
Fimbria inciſura veſtiū Jn̄ capitium fimbriatum
Flabra flatus  Flabellū inſtrumentū quo flat⁹ fit
Flamen ſacerdos flatus ⁊ ſpūs.
Floralia feſta flore florum dee.
Fomes nutrimētum  Fors fortuna  Fores ianue
Forceps inſtrumētum ferreū quo tenet aliquid
Forceps ignarius quod indocti vocāt tenellam
Fori foramina vel ſpacia nauium.
Forfex inſtrumētum ferreū quo ſcinditur aliq̄d
Fornax. ouen  Fornix arc⁹ in muro ⁊ lupanar.
Fragor grādis ſon⁹ Naſo. Quātus ab ethereo pſonat axe fragor
Frons frontis pars faciei.  Frons dis folium.
Fruges fruct⁹  Frugi vtilis ⁊ bon⁹  Frugalis parcus
Frutex qd̄ ex terra naſcit maius herba ſed min⁹ arbore
Fuligo nigrum foci. roet. pducit i  Fulmen blixen.
Fulgor ſplendor  Fulgor ardor fulminis
Funis reſtis.  Fun⁹ mors ⁊ mortuū corpus
Fuſtis ſtipes  Futilis van⁹. Uirgili⁹ Rex nō futilis auctor

¶ Ph

Pharmacon medicina vel venenum
Pharmacopola po lōga. venditor pharmaci. apothecari⁹ vulgo
Pharus parua inſula egypti in qua turris erat noctib⁹ lucēs. vn̄ ponit et p egypto ⁊ pro tali turri
Pharias ſpēs ſerpentis.  Phaſelus inſula ⁊ legumen
Phebe diana ⁊ luna.  Pheb⁹ apollo ⁊ ſol.
Phlegeth, on fluui⁹ inferni ſulphure ardens
Philipp vrbs theſſalie.  Phrygio acupictor
Phonaſcus vocis emendāde mgr. nam phone grece vox dicit
Ades inſula in fine hiſpanie
Gaddir ciuitas in gadibus
Galatha aliq̄s de galatia q̄ eſt regio aſie.
Galerus e longa pileus
Gallus auis. popul⁹. fluui⁹ quidā ⁊ ſacerdos cybeles caſtratus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gallipes hñs pedes galli vel nuſquã proficiſcẽs
Ganges fluuiꝰ indie  Ganeũ locꝰ luxurioſoꝝ  Ganey luxurioſus.
Gaza pecunia  Gazophylax cuſtos gaze
Gazophylacium erarium  Gargarus mons phrygie
Gelu frigus  Gelidus frigidus
Gener maritus filie.
Genitalia membra generationis.  (tina gete
Geta aliqs de valachia ⁊ trãſſiluania. Ouidiꝰ. Deridẽt ſtolidi ꝟba la-
Gymnaſium locꝰ exercitandi corpora.
Glans fructꝰ quercus ⁊ fagi. ⁊ globꝰ plumbeus.
Glis aĩal ſomno gliſcẽs .i. creſcẽs ⁊ pingueſcẽs Auſoniꝰ. Dic ceſſante
cibo: ſomno quis opimior eſt: glis
Git herba quedam
Glos viri ſoror. vt ait modeſtinꝰ Alia q̃ afferunt ab idoctis friuola ſũt
Glomus cõuolutio filoꝝ.  Glomerare glomus facere.
Gluten vel glutinum. tenax liquor
Glutinare cõiungere glutine
Groſſus ficus prima ⁊ imperfecta
Gurges pfundꝰ locus in flumine. een colck
Alec genꝰ piſcis ⁊ quoddã liquamen vel ius
Halcyonis auicula q̃ hyemali tp̃e nidificat ⁊ ſup glaciẽ volat.
Hebenꝰ e curta. arbor indie nigra ⁊ dura vt incendi nequeat.
Hebes non acutus.
Hebdomas o curta. numerꝰ ſeptenarius.
Hemiſtychion medius verſus.
Heluo deuorator.
Helleborus herba purgatoria. wranckruyt et. prueſtkruyt
Heros nobilis princeps.  Herus dñs  Hera dña
Hydros aqua intercus .i. inter cutem ⁊ carnem
Hyacinthus flos rubro lilio ſilis.
Hyacinthinꝰ i curta .i. ruber
Hymen fabuloſus nuptiaꝝ deꝰ Eſt etiã grece pellicula.
Hypocrita ſimulator qui ſe fingit bonum
Hippomanes virus fluens ex equaꝝ genitalibꝰ Et carũcula in fronte
pulli equini cum natus eſt.
apyx ventus occidentalis qui ⁊ caurus
Iber populꝰ hiſpanie. itẽ populꝰ oriẽtis ſ; tũc eſt t'cie declinatõis
Idolatra vel meliꝰ  Idololatra cultor idoloꝝ
Idus quidã dies circa mediũ mẽſis  Idiota ignarꝰ plebeius

Ilex arbor glandifera. vnde ilignꝰ a um. i. de ilice factꝰ
Ilaris letus Ilaro letifico
Ilias mulier troiana ⁊ liber homeri de ilio.
Ilia inteſtina q̄dā. darmen. Ilion vrbs troiana
Illex ſine lege Illix illiciens Illecebre delectatiões
Imber pluuia. tempeſtas
Imbrex canalis per quem currit imber de tecto.
Immanis terribilis. valde magnꝰ
Inanimꝰ carēs aīā Indoles natura
Incolumis ſanꝰ ſine defectu. Inermꝰ non armatꝰ
Imbecillus debilis Imbellis nō valēs bellare
Inducie breuis ceſſatio belli. Induuie indumēta Indecor īhoneſtꝰ
Indigena in ea terra genitus.
Indago inquiſitio a producta
Ingens valde magnus
Inguen pudenda pars corporis.
Impes impetuoſus ⁊ impetus Inquies inquietꝰ ⁊ inquietudo
Informis ſine forma.
Iners piger vel, ſine arte.
Interpres tranſlator verborum
Inueſtis nudus ſine veſte
Intercꝰ intrinſecꝰ vel inter cutem Nō autem ſ̄cat morbū cum ſit adie
ctiuū vt intercꝰ aqua apud plautū ⁊ tulliū
Intybus herba quedam medica
Inſomnis ſomno carēs. Incunabula infantia.
Inficias negociatiões. et ↄſtruit̄ cum ꝟbo eo is Terētiꝰ. Si hec palā
proferemꝰ. ille inficias ibit. i. negabit.
Iota i littera grecoꝝ. Iſis dea gentilis egyptioꝝ.
Iſmarus mons in thracia Iter itio vel ꝓfectio
Iuba longꝰ crinis in collo aīalium Etiā nomen viri.
Iubar radius ſolis ⁊ ſplendor. Iuglans nux maior
Iugalis equus iugo aſſuetꝰ Itē iugalis adiectīū. iugo aſſuetꝰ
Iugis ꝑpetuꝰ Iuno gētilis dea. filia ſaturni vxor iouis.
Iſagoge introductio Iſagogicꝰ introductoriꝰ
abeo qui magna hꝫ labia ⁊ nomē viri.
Labes macula vel lapſus
Lacus magna ⁊ ꝓfunda fouea. ⁊ aqua lata een meer
Lactes inteſtina homīs ⁊ oīs q̄ in alijs aīalibꝰ ilia dicūtur
Lacunar teſtudo domus. Laquear idem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lampas fax ſplendoꝛ. grecū nomē eſt
Lanugo tenera lana. Lanius mactatoꝛ pecoꝝ
Laniſta gladiatoꝝ mgr̄ Lanx ampla ſcutella
Latebre loca latēdi Lateres lapides coctiles
Latex aqua. qn̄qꝫ vinū. Uirgil'. Laticū libauit honoꝛē
Lebes vas eneū Legio magnꝰ exercitus
Lemures apparitiōes ⁊ terroꝛes nocturne.
Lepos facetia. iucundꝰ ſermo Leſbos inſula q̄dā
Lethe fluuiꝰ infernalis. Lethum moꝛs
Leuir frater mariti. Leuita miniſter tēpli. vel aliq̄s de tribu leui q̄ fuit vnꝰ duodecim filioꝝ iſrahel.
Liberi legitimi filij. imo etiā filiꝰ vel filia Lyen ſplen
Ligo vncus ruſticoꝛum.
Ligur aliq̄s de liguria regione.
Limus ſbin̄ ſlym Limꝰ adiectm̄ flexus ⁊ curuatꝰ.
Limax reptile quoddam. ſlacke.
Limes via vel finis agri.
Lynther lignū cauatum ⁊ nauicula
Lixa q̄ aquā poꝛtat ī exercitu. vel cauſa queſtꝰ ſequit̄ exercitū
Loripes qui curuos pedes habet
Logos ſermo ratio ꝟbum ſtudiū Logi verba
Loculi ſaccul⁹ pecunie. nā burſa non d̄ꝛ latine
Luctꝰ actus lugēdi. vel ſignū triſticie
Lues coꝛruptio. peſtis. ſed lues ē generalioꝛ
Luſtra quinquēnia ⁊ feraꝝ loca.
Luter peluis aut lauacrum.
Lutra quoddā aīal een otter Luxus abūdantia
acerics murꝰ lapideus ſine calce
Macte magis aucte. Uirgil'. Macte noua ꝟtute puer
Magalia domꝰ ruſtica Mapalia idem ſcat
Macedo e curta. aliq̄s de macedonia
Maialis ſubſtātiue poꝛcꝰ caſtratus.
Maialis adiectiue. ad maium ꝑtinēs
Maioꝛes patres ⁊ qui fuerūt ante nos.
Mala maxilla qd̄ eſt eiꝰ diminutiuū.
Malꝰ. appelboem. Etiā maſt. ſꝫ ſic eſt maſculi gn̄is
Mām̄ona pecunia Mān̄a cibꝰ celitus olim datꝰ in deſerto
Manceps princeps officine vel q̄ aliq̄d publicū emit.
Mancipiū ſeruꝰ ⁊ ſerua Mango mercatoꝛ et ꝓpe hoīm vēditoꝛ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Manes inferi scz demones vel aīe infernales.
Manubie spolia vino hosti ablata
Mantile i lōga. lintheū quo mēsa sternit̃. ꝛ q̄ man⁹ tergunt̃.
Margo. extremū spaciū cuiusqȝ rei vacuū. vt libri agri litoris
Mars vel mauors fabulosus de⁹ belli. ꝛ ipm̄ bellū
Materies vnde aliqđ format̃ ꝛ ꝓpe ligna
Megalesia ludi circēses. i. in circo facti scz gladiatura
Melos dulcedo vocū ꝛ insula quedā
Menda macula vel vitiū. Mendosus vitiosus maculat⁹
Menal⁹ mons in arcadia.
Meander fluui⁹ tortuosus ꝛ curu⁹ in asia. Ponit̃ ꝑ circuitu.
Merges manipul⁹ segetis Messias hebraice christ⁹.
Menia mur⁹ vel edificia ciuitatis. Method⁹ transit⁹
Miles q̄ militat. Miliū quoddā semē paruū. heers.
Mina hui⁹ mine quoddā pond⁹ scz as aut libra. grece mna dr̃.
Mine arū terrores ꝛ eminētie muroꝝ. tinnen
Miniū ruber color
Minutal cib⁹ ex varijs reb⁹ minuti cōcisis. Juuenal̃. Hesternū solit⁹
medio seruare minutal Septēbri.
Myropola venditor vngēti Myron vngentū fcat
Moly q̄dā herba salubris Baptista mantuan⁹.
Moly qđ oigenis fecit de⁹ vtile morbis Moles magnitudo grauitas
Monoceros aīal qđ latine dr̃ vnicornis.
Morus arbor ferēs nigros fruct⁹. i. mora
Mulsa potio ex aq̄ ꝛ melle Mulsum potio dulcis ex vino ꝛ melle
Mugil q̄dā piscis Multicia vestimēta mollia ꝛ muliebria
Multicaulis h̄ns multos caules. vt cyminū est multicaule.
Multicolor multos h̄ns colores. Munia officia.
Municeps habitās in municipio vel ciuis
Municipiū oppidum habēs iura ꝛ priuilegia ciuitatis.
Mustum nouū vinum
Murex durus lapis ꝛ purpura.
ares foramīa nasi Nar q̄dā fluui⁹ Narbo vrbs gallie
Natalis dies natiuitatis Natio gens Natu natiuitate
Natales pl'r ꝓgenitores.
Nauci substātiue pellis nucis Adiectiue nauci ē vni⁹ ꝛ nulli⁹ precij
Naulum premiū nauigationis.
Nauta vel nauita rector nauis
Nequam nullius vtilitatis.

Nenia carmen ꝛ ꝓprie funebꝛe
Neceſſus vel neceſſis.i.neceſſarius
Nepos fili⁹ filij vel ꝓdigus
Nidoꝛ odoꝛ rei aduſte vel aſſe  Nitoꝛ ſplēdoꝛ
Niniuita aliq̄s de niniue ciuitate aſſyrioꝝ.
Nitrū ſpēs ſalis vel res ꝯſimilis ſali.                (uatur
Noualis ł nouale nou⁹ ager frumētari⁹ vel q̄ ſingulꝭ ānis ſerēdo reno/
Nuge res vana  Nugas vel nugax van⁹ vel mendax
Nundinū et plr nundine temp⁹ mercandi
Nur⁹ vxoꝛ filij.c⁹ relatiuū eſt ſocrus.Terēti⁹ Oēs ſocr⁹ oderūt nurus
Nux oīs fruct⁹ arboꝛis duro coꝛtice vt auelana iuglās caſtanea amyg
bex obiectū.res q̄ obijcit vel opponit alicui.                (dalū
Obſes qui ob aliquā cām retinet quaſi pign⁹
Obſidio hoſtilis circūdatio ab obſidendo.
Occiput vel occipitiū poſterioꝛ pars capitis
Ocularia oculi vitrei.bꝛil
Ode carmen.
Olympia in ſingulari ſcat locū in grecia In pli ſcat ludos vel certa/
mina q̄ ibi fiebāt quinto q̄ȝ anno
Olimpias tēp⁹ quinqȝ annoꝝ ab olimpia dictū nomē.
Oloꝛ auis alba alio nomie cygnus.
Olus oīs herba comeſtibilis
Omen ſermo preſag⁹.i.aliq̄d futuꝝ prenūcians.
Onyx lapis p̄cioſus ſilis vngui humano.Etiā vaſculū vngēti.
Opalus p̄cioſus lapis ardens ꝛ virens.
Ophites quedam gēma
Ops vxoꝛ ſaturni.ꝛ declinat in nūero ſingulari ꝑ oēs caſus
Opis opi opem ope ſignificat auxilium vel poteſtatem. Saluſtius.
Summa ope niti decet.
Opes opum opibus ſcat diuitias ꝛ auxilia. Horatius. Imploꝛauit
opes hominis.
Orbis res rotunda vel circul⁹.ponit pꝛo terra
Oryx aīal quoddā in deſertis.gtūs eſt oꝛygis.
Oꝛgia ſacra bacchi vel quelibet feſta.
Orichalcū ſpēs eris.meſſinck.Etiā dicit aurichalcū
Oſanna vel oſianna.oꝛatio hebꝛaica.eſt interpꝛetatur O domine ſal/
ua nos.
Oſcen auis cantu dans augurium. Horatius
Oſcinem coꝛuū prece ſuſcitabo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Abulum quo paſcūtur pecora vt fenum
Pala loc⁹ anuli vbi gēma īponit̄.item foſſoriū
Palla lōga veſtis ꝛ ꝓpe muliebris
Pales gentilis dea pabuli.
Palilia vel parilia.feſta palis
Pallas filia iouis dea ſapiētie dicta
Palmes ramus vitis.
Palmipes auis latis pedib⁹ vt anſer anas.ꝛ fit a palma ꝛ pes
Palus paludis aqua nigra. Paluſter ad paludem ꝑtinēs
Palumbes.holtduue.
Panther fera multicolor
Pantheon templū rome oīm deoꝝ vel ſanctoꝝ
Paradyſus grece hortus arborum
Paries murus domus.
Parapherna preter dotem data.
Parthenos e curta.virgo
Paraſceue ꝑparatio.ſic appellabat̄ dies veneris apud iudeos qꝛ tunc
oīa ꝑparabāt ad ſabbatum.
Paricida qui parentem occidit
Pedes qui pedibus iter facit
Patruelis patrui fili⁹ vel filia.vel ad patruū ꝑtinēs
Pellio qui de pellibus facit veſtes
Penetral locus ſecretior
Pellex que virum alterius allicit.
Penis cauda.vñ Penicul⁹ ꝛ penicillus diminutiua
Pentecoſte feſtū ſpūs ſcī.ꝛ interp̄tat̄ quinquageſima.
Pen⁹ cibus repoſit⁹ Lucilius.Magna pen⁹ ꝑuo ſpacio ꝯſūpta ꝑibit
Pergamus vrbs troia
Periodus circuitus Perfuga q̊ fugit ad hoſtes
Pero magnū calceamētum.
Pernio morb⁹ pedis ex frigore Perēnis ꝑpetuus
Perduellis hoſtis. Perpes ꝑpetuus
Pernix nitens in altū vel velox Pernox ꝑ nocte durās
Peſtilēs noxius malus. Peruicax ꝑſeuerās
Picus auis q̄dā.ſpecht. Pirata predo marin⁹.
Pyr grece ignis. Pyramis forma ignea vel turris
Pyrites quidā lapis q̊ latine vocat̄ ignarius.
Pyxis.buſſe Pontus mare
Platan⁹ a curta.arbor latis folijs.a wyren

Polenta ordeum madefactum ⁊ iterum ſiccatum.molt.
Pollen vel pollis flos tritici.teſte plinio. Poples genu.
Pollex ꝑm⁹ digitus Podex culus
Pondo.xij.libraꝝ pond⁹.accipit pro libra.vnde duapondo.i.duo pōdo Trepondo tria pondo
Porrum herba olens. Martialis Fila tarētini grauiter redolētia porri.teutonice poer
Portic⁹ ampla dom⁹ vt templū. Stati⁹. Nūc ibi diſtinctis ſtat porticus ampla columnis. Eſt quarte declinatiōis nō ſecūde.
Portus loc⁹ vbi tute ſunt naues. Portio pars.
Poſca aqua aceto mixta Poſtis craſſus ſtipes ad lat⁹ ianue
Poſticū ianua poſterior Poſtic⁹ a um poſterior. Perſi⁹ Poſtice occurrite ſanne.i.deriſioni q̄ fit poſt tergū
Poſteri qui poſt nos futuri ſunt.
Predo q̄ aliena vi tollit Prepes velox vel auis volās
Pres fideiuſſor Preſes iudex cōſtitut⁹ Preſul eps
Preſtigie oculoꝝ illuſio ꝑ incātationē. Preſto preſens
Primitie ꝑmi fruct⁹ Prime principalis pars
Precordia inteſtina iuxta cor
Preceps feſtin⁹ incōſultus deorſum cadens.
Primates ꝑmi in dignitatib⁹ Primores primi
Problema ꝓpoſitio.nō ꝓbleuma Procax petulās.
Propago ram⁹ vitis ⁊ ꝓgenies. Proportio ꝯueniētia
Procliu⁹ deſcēdens.facilis Proluuiū proiectio
Proſapia ꝓgenies. Pſeudographus falſo inſcriptus
Pſittacus auis q̄dā.papegoy. Pugil pugnator
Pugillares tabelle lignee in quib⁹ ſcribitur.
Pubes crinis in humano corpe Puber pubem habēs
Pus corrupt⁹ humor in corpe. Puteoli oppidū campanie
Puteal tegmen putei.⁊ loc⁹ feneratoꝝ rome

uadrige currus quattuor equoꝝ.

Quadriiugi q̄ttuor equi cōiuncti in curru. Curr⁹ etiam d̄r quadriiug⁹.i.quattuor equos habens.
Quadrās quarta pars aſſis ſcꝫ vncie tres
Quadrupes quattuor pedum.
Quadriremis nauis que quattuor hꝫ ordines remoꝝ
Quaternio numer⁹ quaternari⁹ vel q̄ttuor res cōiuncte .
Queſtus lucrum a verbo quero. Etiam eſt querela ⁊ ſic formatur a deponentali verbo queror.

Quincuns pōdꝰ quiqꝫ vnciaꝝ. Quidā aliq̇s certus
Quinquatria feſta minerue. Quiſpiā aliq̇s incertꝰ
Quinquiremis nauis hn̄s quiqꝫ ordīes remoꝝ.
Quirites romani Quiſquilie purgamēta reꝝ
amex quoddā inteſtinū. vel ruptura circa genitalia. Accipitᷣ etiā
pro ramo. Ramale ramus
Raſtꝝ ruſtica res q̄ herbe raduntᷣ vel extrahūtur
Rebellio reſiſtētia reluctatio Religio timor dei vel bona vita.
Ren inteſtinū. die nyre. Remex q̇ remigat Ntūs nō reperitᷣ.
Redux reductꝰ vel rediēs. corripit v in obliq̇s. Ouidiꝰ Sim reducis
cōiunx ſicut euntis eram.
Reſes quietus reſidens. Virgi. Otia qui rūpet patrie. reſideſqꝫ moue
bit Tullus in arma viros. Reſina quicq̇d ex arborībꝰ fluit
Rictus hiatꝰ Rima foramē ruptū Rinoceros aīal cornu hn̄s in
naribꝰ Riualis amator eiuſdē mulieris. Juuenalis. Non vnꝰ tibi
riualis dictabitᷣ heres.
Robur fortitudo ⁊ arbor glandifera A primo ſcato fit adiectiuū robu
ſtus. a ſecūdo roboreus. vt roboreus aſſer.
Roſtra acumē oris. neble of ſnuyte. itē nauium roſtra dicimꝰ ⁊ aliarū
rerum ꝑ ſimilitudinem.
Rubꝰ arbor ſpinea. haghedoern Rubetū vbi multi ſunt rubi
Rudus res dura vt fruſta lapidū q̇bꝰ via ſternitᷣ. poyn.
Rudens reſtis nautica Ructus ebullitio ſtomachi.
Rumor fama. Tulliꝰ Rumoribꝰ credi nō oportet
Rupes mons lapideus vel ſaxū vel altus locꝰ.
Rumex herba q̄dā. alio noīe ſaturea.
abulū arena groſſa Salum mare
Sales facetie in aliquem
Salebre loca aſꝑa vel aq̇ſa ꝑ que ſalire oporteat.
Saluber v lōga. ſalutē dans. Salutaris idem
Sarmata a curta. populꝰ in polonia ⁊ circa
Sardonix o breui. lapis p̄cioſus. Saxū durus lapis
Satrapa p̄fectꝰ Satelles miniſter crudelitatis
Sedum herba breuis ⁊ folijs craſſis. huyſloeck.
Seges frumentū nondū demeſſum vel terra vbi ſeritᷣ
Segnis piger. Segnicies pigricia. Segnipes pedibꝰ piger
Segrex ſegregatꝰ ſepatꝰ Senator vnꝰ de ſenatu. raetſman
Sella ſedes. Plautꝰ Date huic ſellā vt aſſideat
Semis medīꝰ as. Eſt etiā id q̇d mediꝰ ſed hoc fere in cōpoſitione. vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Semianimis ſemiuiuꝰ que duo idem ſ̄cāt
Sentes ſpine  Senecta ſenectꝰ  Senio numerꝰ ſenariꝰ .i. de ſex.
Sequeſter mediator.  Seps genꝰ ſerpētis et tuyn
Seraphin ardētes. ſunt angeli ſupremi chori
Serapis a lōga. idolū in egypto. alio noīe apis
Seres populꝰ ethiopꝫ vbi fit ſericus pānus
Seria dicta v.l facta grauia ꝛ nō ioco ſa, Horatiꝰ Sed tñ amato q̄rꝫ
miſeria ludo.  Seria huiꝰ ſerie genꝰ vaſis.
Serta florius ꝛ herbe cōnexe. vel corona de floribus
Seſtertiū genꝰ ponderis ꝛ nūmꝰ. ſcꝫ duo aſſes ꝛ ſemis.
Sextans ſexta ꝑs aſſis. i. due vncie.  Seuū pingue dur. vnghel
Seuities ira crudelitas  Seuꝰ iratus crudelis magnꝰ
Scatebre ebullitiones aquaꝝ. nam ſcateo ſ̄cat ebullio.
Scobs puluis de ligno ſerrato vel de lapidibꝰ. ſaghemeel.
Scrobs foſſa vbi aliq̄d imittit̄
Scitha aliq̄s de ſcythia.  Scriba ſcriptor publicꝰ
Scortū mētrix ꝛ puer meritoriꝰ  Scorteꝰ de corio factꝰ
Scholaris ad ſcholā ꝑtinēs vt ſcholaris cāpana
Scurra hō vanus qui riſibꝰ ꝛ iocis victū queritat
Sibilꝰ flatꝰ vt ſibilꝰ auſtri ait Uirgil'. Ponit̄ ꝛ adiectiue. Idē poeta
Sibila lambebāt linguis vibrātibꝰ ora.
Sicera oīs potus fortis potēs inebriare
Siler arbuſcula mollis quā ſerpētes fugiūt Eſt ꝛ fluuiꝰ quidā
Symbolū collatio vel cōtributio. cū quiſqꝫ aliq̄d affert, vnde etiā ſym-
bolū fidei d̄r. qꝛ quiſqꝫ apl'oꝝ aliq̄d appoſuit.
Simultas ira vel odiū  Sinciput frons capitis
Syncerꝰ elōga. purꝰ incorruptꝰ ꝛ integer  Synodus ꝯuentꝰ
Syngrapha cōſcriptio epl'a a multis cōſcripta vel chirographū.
Soboles ꝓgenies  Sodalis ſociꝰ ꝛ ſocia in rebꝰ letis,
Solers callidꝰ prudens  Solū terra vel quicq̄d ſubeſt pedibꝰ
Socer pater vxoris  Socrus mater vxoris
Sons nocēs malus  Sors fortuna. euētus. pars.
Sordes immūdicia.  Sorex magnꝰ mus qui glis vulgo d̄r
Sophos ſapiēs  Sophos aduerbiū ſapiēter
Sophiſta ſimulator ſapiētie. doctor et deceptor.
Sophiſma cautela deceptio
Sonipes equus ſonās pedibꝰ  Soſpes ſaluꝰ ꝛ ſanꝰ
Spado caſtratꝰ.  Specus ſpelūca locꝰ ſub terra
Species forma  Specularia ꝑ que ſpeculamur.

Splen inteſtinū. die milte. Spinꝰ arbor prunꝰ ſm̄ ſeruiū.
Spica ſummū ſegetis. aꝛer Spinter ornamētum aureū vel argen-
tum qd̄ mulieres geſtabāt in brachijs Acicula een ſpelde
Sphinx aīal in deſertis ſiliē homi ſed pilosum
Sponſalia ſponſiones nuptiaꝝ.
Stabulū nō ſolū vbi pecora ſtant ſꝫ etiā vbi hoīes ex itinere quieſcūt
Stamen eſt fundamentū tele ſcꝫ fila exorſa ⁊ extēſa.
Strabꝰ vel ſtrabo qui hꝫ oculos diſtortos. ſcheel
Strages proſtratio ⁊ occiſio.
Stellio aīal paruū ⁊ maculoſum q̄ſi ſtellis depictū
Stips merces pugnantiū alio noīe ſtipendiū. ⁊ ꝑuꝰ nūmꝰ qui daṫ mē
Stirps radix vel arbor vel ꝓgenies. (dicātibꝰ
Strigilis inſtrumentū ferreū quo ſtringebanṫ. i. radebanṫ ſudātes in
balneis ad detergēdum ſudorem.
Sublimus i longa altus
Suber arbor glandifera ⁊ craſſo cortice. vnde ꝓ cortice ſepe poniṫ. teu-
tonice korck. vide plinium
Subtel cauū pedis q̄ſi ſub talo. dat hol van den voet
Suna nomē oppidi Sunamites vir de ſuna Sunamitis femīa.
Supſtitio vana religio Sumen ſuilla mām̄a cocta
Supparꝰ linea veſtis lumbos ⁊ femora tegēs. een ſchorte Alij volunt
eſſe lineā veſtem q̄ ſuperiꝰ induiṫ. een kedel. Etiā eſt lintheū qd̄ anne-
ctiṫ velo q̄nqꝫ Statiꝰ Annectite ſuppara velis
Suppetias auxilia. vt veniā tibi ſuppetias
Suppar fere par Supplex humiliter ſe habēs
Subſcus lōgus ⁊ tenuis aſſer quo cōpingūtur inter ſe aſſeres
Pacuuiꝰ Nec vlla ſubſcus ꝓhibet cōpaginem
Suſpicio. vermoet. Superſtes manēs in vita.
abes corruptio ⁊ morbꝰ qui grece dr̄ pthiſis. de teringe
Tabū putrida caro. Uirgil. In ſtabulis turpi dilapſa cadauera
tabo Nt̄ūs eſt apud Quintilianū in paſtu cadauerū
Talio talis pena ſcꝫ vulnꝰ ꝓ vulnere. manꝰ pro manu ⁊c̄.
Tapes p̄cioſus ⁊ depictus pānus qui ſterniṫ humi
Tantundem tantū Tharſus ciuitas cilicie
Tartarus peſſimꝰ locus inferoꝝ In̄ tartareus a um
Thebais regio ſuꝑioris egypti. ⁊ mulier thebana. ⁊ liber de bello the-
Thebe arū ciuitas in grecia. (bano
Teges vile tegmen lecti Un̄ diminutiuū tegeticula. Martialis. Dat
tibi ſecuros vilis tegeticula ſomnos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Temo lignū ante axem in curru quo dirigit currus.
Tempe loc⁹ amen⁹ in theſſalia. ⁊ quilibet amen⁹ locus.
Tenar⁹ mons grecie hn̄s hiatū in vertice. ⁊ accipit ꝓ inferno
Theotocos dei mater.
Tergus pellis. Virgi. Tergora diripiūt coſtis ⁊ viſcera nudāt.
Therme calida balnea. ſtoue. Teres rotūdus ⁊ lōgus
Termes tener oliue ramus
Ternio numer⁹ ternarius vel tres res cōiuncte
Theſaur⁹ repoſitoriū vel qđ reponit
Teſtudo aīal teſta cōtectū. ſchiltpedde. Accipit ꝓ lyra vel cythara. itē
pro cōnexione ſcutoꝝ in oppugnatiōe
Teſqua loca aſpera ⁊ inculta
Tetraſtichon carmen quattuor verſuū
Thetis vxor oceani fabuloſa dea maris
Theta vel thita: littera greca ſcꝫ th
Teucer troianus a teucro rege.
Teuton⁹ homo de teutonia
Teutonic⁹ adiectiuū eſt vt teutonic⁹ ſermo ⁊c̄.
Tibicen i longa. q̄ tibia canit Tign⁹ lignū in edificio
Tigris fluui⁹ armenie ⁊ beſtia velociſſima
Tiaras a lōga. pile⁹ phrygi⁹ precioſus
Titan ſol. Ouidi⁹ Nullus adhuc mūdo p̄bebat lumina titan
Timus herba fragrans. tymiaen.
Titio lignum ſemiuſtū. een brant.
Topatius lapis p̄cioſus colore virenti
Topica localia vel ars de locis argumentoꝝ.
Toral pānus qui ſternit in toro. i. lecto.
Thorax pect⁹ grece. ⁊ munimentū pectoris
Torques catena ex auro q̄ collo circūdatur
Torris lignū aduſtum in fine
Torrēs aqua q̄ in eſtate torret. i. ſiccatur
Trāſtra ſedilia in nauib⁹ Trames trāſitus
Trāſfuga qui trāſfugit ad hoſtes.
Trigon quidā piſcis marin⁹ venenoſa cauda.
Tripudia ſaltationes ⁊ chorea.
Triremis e lōga. nauis trib⁹ ordinib⁹ remoꝝ.
Tripos menſa tribus pedibus.
Treuir aliquis de ciuitate treuiroꝝ
Triens tercia pars aſſis ſcꝫ quattuor vncie vel nūmus tanti ponderis

Eſt etiã vaſculũ potoriũ cõtinens terciam ꝑtem ſextarij.
Triũuir vn⁹ de trib⁹ viris habẽtib⁹ aliquã iuriſdictionẽ
Tros troian⁹ vir Troas mulier troiana ⁊ regio aſie
Alio noĩe troia. ⁊ poema de troia. Troezen oppidũ grecie
Thron⁹ ſedes Trudes ſtipes quo trudit᷑ nauis
Trux crudelis. Ouidi⁹. Trux aper inſequit᷑
Tuber tumor et inflatio. ⁊ ſpẽs fungi ſcꝫ pomũ terreſtre. Martialis.
Rũpim⁹ altricẽ tenero de vertice terrã Tubera: boletis poma ſcd̓a ſum⁹
alue oſtia temploꝝ dicta ꝙ voluũtur.
Vapor fum⁹. waſem. In vapid⁹ corruptus.
Vas vadis qui ſpondet ꝓ alio in cauſa capitali
Vates ꝓpheta ⁊ poeta. Vaticiniũ ꝓphetia
Varix vena turgẽs maxime in crurib⁹
Vber ſbm̃ eſt mãma Naſo. Vicinũq; pecus grãdius vber habet
Etiã eſt vbertas Virgi. Diuitis vber agri.
Vber adiectiũ eſt fertilis ⁊ plen⁹. vt terra frugib⁹ vber.
Vectis ſtipes q̄ aliq̄d portat᷑. vel ferre⁹ pal⁹ quo mouent᷑ ſaxa ⁊ ligna grandia. een heuel
Vecors ſtult⁹ ⁊ piger. Ven⁹ idolum libidinis.
Veles miles leuiter armat⁹. Ouidius. Velitis haſta mei. Sed rare legitur ſingulari numero.
Vepres ſpinaꝝ denſitas.
Ver ꝑma ps anni int̓ hiemẽ ⁊ eſtatẽ. dye lente
Verna ſeru⁹ ⁊ ſerua apud dñm nati. vñ Vernacul⁹ id eſt domeſticus et natiuus
Verbigena d̓r chriſt⁹ verbũ genitũ vel ꝟbo genit⁹.
Verres porcus een beer
Veruex aries caſtratus
Vertex ſummitas.
Vertigo circuit⁹. Naſo. Et vertigo poli
Verſicolor varij coloris Verſipellis callid⁹
Victus cibus quo viuim⁹. Vices tempora
Vibex ſignum ꝑcuſſiõis vel ꝟga Perſi⁹ Multa vibice flagellas
Vitex ſpẽs ſalicis breuioris ⁊ tenacis vñ fiũt corbes. twych.
Virus venenũ. i. qd̓ bibit᷑ vel ad ſalutẽ vel ad perniciem
Viſcera interiora corpis.
Viſcus viſci. boem lijm
Vitia vitie paruũ legumen. wicke
Viniman⁹ habens vnam manũ. Vnicornis habẽs vnũ cor

Unicaulis habēs vnum caulem. een ſtrunck.
Unguis clauꝰ digitoꝝ homīs ꝛ auiū. naghel of clauwe
Uolucer velox  Uolucris aīal volans
Uomis vel vomer ferramētum aratri
Uorago profunda fouea
Uter vtrius. quis duoꝝ  Uter vtris vas de corio factū
Uulcanus idolum ignis ꝛ pro igne ponitur
Uulcanalia feſta vulcani
z  acynthus quedam inſula
Zeta locꝰ habens penarium cui impoſita materia locum ſuperio
ren aut calefacit aut frigefacit Eſt ergo zeta hiberna. vbi ex imo caleſci
mus. et zeta eſtiua vbi frigeſcimꝰ
Zizania grece loliū latine. herba nocēs frumento.

¶ Finis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf







Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf